



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Tributum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

sunt duo testes, & idonei. In praxi tamen Inquisit Hispan. nemo ad pœnã ordinariam damnatur, nisi per tres testes, testes, idoneos: *ibid ref 32.*

17 Quando testes prius testimonium contrario reuocant, et si in aliis causis magis stetur primo dicto, quàm secundo; at in causis fidei, statur posteriori, quando ex coniecturis verisimilius est; quod si tamen in priori hæresim manifestasset, & in posteriori negaret, standum esset priori. *ibid ref 22.*

18 Ad instantiam Fiscalis, possunt recipi testes ad perpetuam rei memoriã, ita vt iam deponant, quod postea, illis etiam absentibus, faciat fidem in plenario iudicio contra reum. In id etiam per talem testem poni quis potest ad torturam, si deponit verisimilia, & dat rationem sui dicti. & hæc omnia in fauorem fidei. *ibid. tr. 8. ref. 115.*

*Tributum.*

1 **V**T tributum sit iustum, non sufficit vt causa sit iusta; sed debet esse proportionatum, ita vt vires regni & populi non excedat, alioquin erit tyrannicum. Salon & alij p. 1. tr. 3. ref. 115.

2 Imponitur iustè tributum alicui, fe-  
gno



gno propter sumptus, quos Rex sustinet in aliis regnis. (Vasquez & Turrian.) Aut si Rex in egestatem incidit, quamuis suâ culpâ. (Vasquez & alij 6.) Aut si patrimonium ipsi assignatum non sufficit Regiæ dignitati, aut necessitatibus regni. Quænam autem summa illis sufficiat, Rex ipse iure suo potest designare. Vasq. & alij. *ibid.* ref. 3.

4. 13. & 12. 3. Quando causæ exigendi tributi sunt iustæ, potest Princeps per vim illud extorquere. Pontius. *ibid.* ref. 25. Quòd si dubitetur, an sint iustæ, & utrimque sint rationes probabiles, videtur soluendum: quia in dubio præsumendum est pro Rege. (Suarez, & alij 2.) sed contrarium est etiam probabile. (Sanchez & alij 10.) Imò etiam in dubio negatiuo circa tributa quæ de nouo imponuntur, non deberi in conscientiâ, sed posse defraudari, docent Molin. & alij 11. *ibid.* ref. 25. & 21. & p. 2. tr. 17. ref. 59. & p. 4. tr. 3. ref. 39.

4. Fraudantes vectigalia iusta in materiâ notabili, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem. Suarez & alij 15. Quia tamen sententia negatiua est etiam probabilis, si nolint restituere,

non

non si  
absolu  
tr. 10. 7  
Vid

T  
al  
occid  
le ad  
ti etia  
potes  
ri. D.

P  
affe  
sans  
peric  
recu  
mo  
tr. 8.  
2  
&c.



non sunt à Confessariis vrgendi, sed  
absolui possunt. Malder. & alij 6. part. 1.  
tr. 10. ref. 19.

Vide *Gabella.*

## Tyrannus.

**T**yrannus dum actu inuadit regnū  
alienum, potest à quouis priuato  
occidi, non autem dum possessum ma-  
le administrat. Filliuc. & alij 2. etsi mul-  
ti etiam tunc id licere doceant, si non  
potest aliter respub. à tyrannide libera-  
ri. D. Thom. & alij 8. p. 5. tr. 4. ref. 21.

## V

## VENDITIO.

**P**ossunt merces pluris vendi, 1. ob  
multitudinem emptorum. 2. ob  
affectum ad rem. 3. ob lucrum ces-  
sans. 4. ob damnum emergens. 5. ob  
periculum amittendi pretium rei, vel  
recuperandi cum expensis. 6. propter  
modum vendendi. Bonacin. & alij. p. 1.  
tr. 8. ref. 23.

2 Gemmas, canes, falcones, picturas,  
&c. quæ non habent pretium taxatum,  
potest